

B

EXERCITATIO
M E D I C A
DECIMA QVARTA:

*In alma Argentoratensem Aca-
demia proposita:*

P R A E S I D E
MELCHIORE SEBIZIO
juniore, Doctore ac Pro-
fessore Medico:

Respondente
CHRISTOPHORO Ruoff/ Würten-
bergā Schorndorffensi.

ARGENTORATI,
Typis exscribebat Joannes Andrea.

Anno M. D. C. XXIII.



Nobilibus, Clariſſimis, & Excellentiſſimis
VIRIS,

Dn. JOANN: SIGISMUNDO | Dn. JOANN: RÜMMELINO,
GOMERO, Consilario Württe- Utriusq; Medicinæ Doctori
bergenſi Ecclesiastico pru- & Physico Urbis Schor-
dentissimo. dorffæ ad amissim auctiſſi-
mo, felicissimo.

Cognati, Patronis, Fautoribus, Promotoribus, Parentum
loco colendis, amandis, honorandis:

NEC NON
&

Dn. JOANNI-JACOBO Höcker/ Cœnobij Laureacensis
administratori fidelissimo, affini suo dilecto, & omni ho-
noris cultu prosequendo:

In debita obſervantia ſignum, grata mentis indi-
gium, & amoris filialis teſtimonium,

Mas ſuerum ſtudiorum primitias
ſacras voluit,

CHRISTOPHORUS Ruff/
Wittenbergæ Schorndorffensis.

PROBLEMA I.

Sitne humoris melancholici in ventriculum eructati aliqua utilitas? Neoterici quidam, cum lixem succi melancholici reperiatur esse insufficientur, eructari eum in ventriculum negant: ac propterea etiam nullam ejus utilitatem statuunt. Contra Galeni sententia est, splenem melancholici excrementi ~~sedoxes~~ esse: pertemq; illius, que elaborari & in substantiam nutriendo lumen accommodare verti non potuit, per vas breve, quod 1.4. us. part. c. 15. stomachum venosum voeat, in ventriculum effundi. Hanc autem illi utilitatem adferre scribit 1. 5. us. part. c. 4. quod, cum acerbum sit atq; acidum, ventriculum contrahat atq; constringat, & cibos tamdiu circumpletefi ac retinere cogat, donec fuerint concocti. Avicenna l. i. can. fen. i. doct. 4. c. 1. praeter hunc usum etiam alium excremente isti tribuit: nimirum ut ventriculi appetentiam excitet. Cui suffragatur author lib. de anat. vivor. c. de anat. intestin. Quem usum licet Fuchsius com. l. i. de sympt. caus. c. 7. & cum eo nonnulli recentiores annihilare conentur: Vallesius tamen l. i. controvers. c. 20. stabilire satagit: & nos illum approbamus, si de animali appetitu, qui cum sensu suctionis sit, inaudiatur. Etenim sua austeritate orificium ventriculi sinistrum corrugat atq; constringit: siccus suctionis quandam sensum insert. Vnde styptica & acida que sunt, appetitum provocant: teste Author lib. de anat. vivor. c. de anat. stomachi. Adhac frigidum est. Frigida autem appetitum movere solent. Hinc Hipp. l. 6. epid. f. 4. frigidam aquam voracem pronunciat: intellige non formaliter, seu, ut ali⁹ loquuntur, passionaliter & subjectivè: sed causaliter & effective: quoniam homines facit voraces. Hinc author lib. de Melancholia, qui inter rāvīa Galeni recen-

A 2 setur,

setur, melancholicos voraces, plurimi s^g, appetere cibos scribit.
Nec est, quod dicas, Galenum tantum ponere usum primū. Hunc
enim porendo non excludit secundum. Tritissimum namq^s est
illud apud Aristotelem & Galenum, raro natura rem ali-
quam ad unum finem definat, quin eadem ad alios abuta-
tur.

I I.

An omnis melancholia supervacua ex liene in ven-
triculum effundatur; an vero etiam per alios meatus na-
turaliter evacuetur? Pars effunditur in ventriculum, uti di-
ctum ex Galeno: que tamen ibi non manet: sed tandem ad in-
testina ablegatur, ut cum fecibus excernatur. Pars per venam
hemorrhoidalem internam, quemodo à ramo splenico, modò
à mesentericā sinistrā ipsius Porta oritur, ad recti intestini ex-
trenum amandatur. Pars per arterias mesentericas ad intesti-
na defertur. Pars deniq^s, per arterias emulgentes mittitur ad
renes. Non per omnes quidē ductus in omnibus: sed per alios in
alijs. Nec equali quantitate in omnibus: sed cumulatius in me-
lancholicis: parcus in ijs, qui vel complexionis, vel vietus cau-
sâ minus melancholici excrements generant.

I I I.

Cur melancholia eructetur in ventriculum: bilis
flava in intestina? Pars melancholica superfluitatis in ven-
triculum duab. de causis evomitur: quemadmodum ex pre-
ced. problem. constat, nimirum ut retentionem & coctionem
ciborum juvet: & appetentiam excitet. Bilia vero quia nihil
utilitatis ventriculo adfert: sed eum potius offendit: non
ad ventriculum, sed per porum biliarum ad intestina fertur.
Offendere autem ventriculum, Galenus lib. 5. us. part. c. 4.
ex illius acrimoniam & mordacitate offendit. Hac enim primū
dolorem ventriculo adferret, si in illum fluoret. Id quod tūm
dejectionum, tūm vomitionum biliosarum exemplo conformat.
Nemo, inquit, hunc succū copiosorem dejicit, qui prius mor-
dicationem in intestinis non senserit. Et vomitus biliosum
necessario tūm alijs quidam affectus: tūm vero nafas iaria, que
erit.

oris ventriculi mordicatio est, praecedit. Deinde officium ventriculi everteret, quod est cibum concoquere, & tamdiu retinere, donec plenè sit concoctus. Quâ enim ratione intestina ad excretionem irritat: eadem sane etiam ventriculum, qui longè sentit exquisitius, ad expellendum stimularet. Itaq; ad orificium ejus sinistrum, quod maximè sensile est, delatus, illud morderet, angorēmq;, naufragi, & vomitum pareret: ad fundum autem alegatus, celeriter deorsum subiret, secūmg; assidue simul cibos excernere. Vera esse, qua Galenus dicit, vitiōsa pori bilarij conformatio ostendit: cuius Galenus meminit com. 2. in viet. acut. t. 31. l. 2. de temperam. c. 6. & in vi. col. c. 74. Etenim porus bilarius, qui ab hepate communiter ad intestinum duodenum, aut jejuni principium abit, & oblique inter utramq; ejus tunicam aliquando simplex, aliquando bifidus inseritur, in quibusdam p. n. ramo peculiaris in fundum ventriculi implantatur, & biliosam materiam eructat. Sed hi ~~καροσθητοί~~ sunt, & ab ipso statim vita principio miseris. Unde etiam infelici sidere nati dicuntur: eo quod bilem perpetuo evomere coguntur. Quâ de causâ ~~τικτόχοοι~~ nuncupantur.

I V.

Vtrum humores secundarij potius similarium partium substantiae, quam humores dicendi, quemadmodum Fuchsius opinatur? Notum est, etiam artis tyronibus, sanguinem commune totius corporis alimentum esse. Preparari autem in venis mesenterij: generari in hepate: perfici in venis majoribus, & ex his derivari in minores singulari partium: ac priusquam illas nutrit, quasdam novas mutationes in singulis subire: cùmque quatuor inibi formas induat, quatuor inde humores, secundarios ab Avicennâ l. i. can. fen. 1. doctr. 4. c. 1. dictos, quod ex primis, tanquam ex materia, generentur, resultare. Primum vocant recentiores ~~έρευνας~~ qui nihil aliud est, quam sanguis in exilibus & capillaribus partium alendarum vasis contentus, earumq; qualitatibus & proprietatibus quodammodo persus. Unde in spermaticis partibus albescit: in carnosis rubens permanet. Secundum Avicenna Roti

A 3 assimilat:

afsimilat: qui per orificia exilium vasorum jam extidit, & per
medijs spatia similarium partium roris modo est dispersus, inge-
earundem substantiam diffusus. Tertium neoterici Gluten
appellant: quod glutinis in modum partibus adhaereat. Quartum
Avicennae ex spermate deducit: & similaribus partibus a pri-
mâ nativitate implantatum scribit, ex quo suam continuitatē
habeant. Cujus sententiam Fuchsius sequitur: ac propterea cum
ingenitum, insitum, à primâ origine suscepimus, primogenitū,
nativū, humidum radicale nominat. Nam bene, post disqui-
remus. Rebus enim Cambium ab alijs dicitur: quia in sub-
stantiam partium transit, & cum illâ naturam suam cambiat,
hoc est, permutat. Hic ergo queritur, an si natura istorum 4.
humorum paulo inficiatur intimius, & excutiatur penitus,
partium potius similarium substantiae, quam humores esse de-
prehendatur? Fuchsio l. 1. Inst. f. 4. c. 6. affirmat. Nos vero id de
Innominato & Rore negamus, sequentib[us] de causis. I. quia uterque
adhuc extra illorum est substantiam: ipso etiam Fuchsio confi-
tente. Innominatus quippe adhuc existit in vasis capillaribus:
Ror vero per earum solum substantia est diffusus. II. quia sub-
stantiae partium similarium planè dissimiles sunt. Futura enim
alimenta sunt: nondū actū nutritiva, ut quartus, qui dicitur
Cambio. At futura alimenta secundum Hipp. Arist. & Gal.
dissimilia sunt: similia vero quæ actū alunt. III. quia si substan-
tie essent partium similarium, earum certè substantia minimè
esset similaris: sed est res ipsa: nec tota solida: sed quædam fluxi-
lis. IV. quia isti humores adhuc in substantiam similarium per
concoctionem ulteriorē convertendi sunt. Quomodo ergo jam
portiones sunt substantiae? De duobus posterioribus humo-
ribus, Glutine scil. & Cambio, secus seres habet. Gluten enim
non amplius liquidam substantiam habet: sed omnino solidam:
estq[ue] jam similaribus agglutinatum: et si nondum planè sit af-
milatum. Cambium vero prorsus est associatum.

V.

Recte tertius humor, Gluten dictus, pto Cambio
habeatur à Fuchsio? Cambium propriè is dicitur humor se-
cundarius,

cundarius, qui jam plenè perfectè est, in partis alienda substantia est mutatus. Denominatus ab antiquo verbo Cambire, quod apud Plautum, Priscianum, & Ennium permuteare significat. Cum vero gluten concreta solum coacta sit substantia, que partibus duntaxat agglutinatur & adhaesit: nondum autem prorsus in membris nutriendi substantiam sit conversa: quomo^ddo Canubij nomen mereatur, non videmus. Hinc Avicenna primum humorem dicit in venulis capillaribus adhuc contineri: secundum roris instar per similares partes humeratus ergo dissipari: tertium, de quo nobis sermo, cum parum antea congelatus, hoc est, inspissatus esset, nutrimentum esse, quod in substantiam membrorum ex parte complexioris conversum sit: ex parte autem essentia completa & similitudinis, nondum conversum: hoc est, quod quidem affixum jam sit membris, & eorum redoleat naturam & temperamentum: nondum autem plane assimilatum, & totalitur perfectè, in illorum substantiam transmutatum. Quam interpretationem jam dudum Ferne- lius l. 6. c. 5. suo calculo approbavit.

VI.

Vtrum humor quartus recte pro primogenito, à primâ origine innato, & radicali habeatur? Hunc humorum, quem nos cum pleriq^z Cambium appellamus, Avicenna loco 9. 4. citato similaribus membris à principio nativitatis insitum vocat suamq^z originem ex semine trahere scribit. Cui Fuchsius loco ibid. allegato suffragatur: ac propterea illum ingenitum, insitum, à primâ nativitate suscepimus, primogenitum, nativum, solidam similarium partium substantiam, & humidum radicale appellat: quod scil. spiritus, & calor, totiusq^z vite fundamentum sit & pabulum. Id quod tamen nobis negligendum videtur; quia quartus humor secundarius est alimentarius. At radicale humidum alimentarium non est: sed ipsum pabulo opus habet, quo sustentetur. Antecedens probatur: quoniam 4. humores secundarij sunt ex primarijs. Sed hi omnes alimentarij sunt. Ergo & illi. Etenim ex sanguine in vasis majoribus contento sit primus, qui dicitur aevoru^m: ex hoc, cum partim

partim per oscula, partim per ceca exilium venarū foramina
in partium substantiam influxit, & concoctione crassior paulo
factus est, secundus, qui Roris nomen sibi vendicat: ex secundo,
cum adhuc magis elaboratus, inspissatus, partibusq; agglutina-
tus est, earumq; tūm qualitatem, tūm temperamentum, nondū
autē perfectam substantiam attigit, tertius, qui Glutinis voce
in signitur: ex tertio, cūm partibus planè est assimilatus, quartus,
qui Cambiū nuncupatur. Alter enim in alterius naturam con-
coctione transit: omnēsg; in eo convenientiunt, quod nutritoriū
sint: differunt solum in eo, quod alijs sint futura & potestate
nutrimenta: & vel in potestate remotiore: ut sanguis venarū
majorū: vel in potestate propinquiore: ut sanguis vasorum ca-
pillariū, que singulis paribus concessa: vel in proximā: ut hu-
mor roscidus, qui per partium substantiā est diffusus. Alij qua-
si nutrimenta: ut Gluten. Alij a cōtu nutrimenta, que a cōtu repa-
rant atq; instaurant, quod est à calore consumptū: ut Cambium.

VII.

An 4. humores secundarij specie inter se differant?
Anonymous & Ros specie videntur idem: differre tantum acci-
dentialibus: quatenus hic magis coctus, crassior, & partis alenda
substantiae vicinior est. Eādem ratione Gluten & Cambiū specie
convenire videntur: differre tantum rāb̄ tr̄tor nā pālavor: quo-
niam illud imperfecte: hoc perfecte nutriende particula est as-
similatum.


VIII.

Rectēne 4. isti humores inter humores connume-
rentur? De anonymo quidem & rore nullū est dubium. Liquidam enim
profluentēsq; substantiam habent. Iū est de Glutine & Cambio: que cor-
pora sunt solida. Nos illa quidem, formam si spēcias, humorū nomine
minime dignamur ob causas dictam. Ratione autem finis, efficientia, &
materici, locum forsitan non inepti in humorum albo ipsis tribuimus: pre-
sertim cūm ad nullum aliud rerum naturalium genus commodius refe-
ri queant: nisi quis ea ad substantiam partium similarium reducere ve-
lit. Ex humore enim sanguineo constant: & nil sunt aliud, quam sanguis
partibus, vel perfecte, vel imperfecte assimilatus. Adhac generationem
primam in humorum officiis, ipso scil. hepatē agnoscunt. Deniq; eundem
finem habent, quem reliqui humores, corporū nutritionem.

F I N I S.

01 A 6570





Farbkarte #13

